



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XXXIII. De Ordinatione & Ordine Clericali.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

Axioma I.

Oppressio dicitur, quæ exercetur in pauperes contra iustitiam & veritatem. *cap. pauper. 72. ii. quest. 3.*

II.

Oppressio, iniquitas, iniustitia, iudicium sanguinis est. *cap. omnes. 25. de penitent. distinct. 1.*

III.

Oppressus omnis liberè appellet, nec ab ullo prolubeatur. *c. omnes. 3. 2. q. 6.*

CAP. XXXI.

Oratio.

Axioma I.

Oratione una iuncti pariformiter censentur, determinati. *l. Seja. 20. §. Gajo. 2. ubi Bart. ff. de fundo instruct. l. si legatur. §. fin. ubi Bart. ff. de legat. 3. gloss. in l. liber homo. §. Titius. ff. de hered. institut. Ratio, quia una determinatio respiciens plura, æqualiter determinat. l. nam hoc jure. 4. in pr. ff. de vulg. substit. & ibid. Jason. n. 8. Vult. i. Consil. Marpurg. 31. n. 36. vid. inf. lib. 17. c. successio.*

II.

Orantis animus nihil aliud cogitare debet, quam id solum, quod petitur. *cap. quando 70. de consecrat. distinct. 1.* Oratio enim est pii animi affectus omnia in DEUM protendens. *cap. quando 70. de consecratione. dist. 1.* & voces orationis ad aures DEI non diriguntur, nisi cum animi affectu. *cap. sedulo. 12. dist. 38.* siquidem cum quolibet orationis verbo debet concors esse sensus cogitationis. *cap. nunquam. 33. de consecrat. dist. 5.* atque ita non verbis tantum, sed & corde orandum est. *c. non mediocriter. 24. d. dist. 5.*

CAP. XXXII.

Ordinarium.

Ordinarium ubi sufficit, non debet dari remedium extraordinarium. *l. in cause. 13. in princip. de minor. Weseimb. in parat. ff. de nov. oper. nunc. Jason. in l. 1. §. 1. n. 11. ff. de nov. oper. nunc. idem in §. prejudiciales. Institut. de action. num. 34. Consil. Arg. 67. n. 1. vol. 1.* Verba enim in qualibet dispositione & omni actu intelligenda sunt, secundum ordinarium cursum, nec ad id, quod extraordinario modo, vel jure tantum introductum, vel factum est, porrigi & protendi debent. *arg. l. scio. 10. §. medico. 1. ff. de annuis legat. Regn. Sixt. 1. Consil. Marpurg. 10. num. 41.* cum dici non possit eum peccasse, qui remediis concessis & via ordinaria uti voluit. *l. 3. §. si quis. 5. de Reg. Jur. l. 3. §. quod ait. 7. de incend. ruin. naufrag. Menoch. consil. 2. n. 134. Roland. à Valle consil. 77. n. 52. lib. 1. Weseimb. consil. 21. n. 37. Regn. Sixt. 2. Consil. Marpurg. 10. n. 28.* Agens igitur via ordinaria, censetur via extraordinariæ executive renunciassse. *gloss. in l. proinde. §. notandum ad L. Aquil. Roman. consil. 133. Marant. disput. 6. quest. legal. n. 24.*

CAP. XXXIII.

De Ordinatione & Ordine Clericali.

Axioma I.

Ordinari aliquem sine titulo seu certo officio non posse manifestum est. *can. 1. & 2. dist. 70.* nec exceptio ab hac regulâ est, si quis ideò ordinetur, ut infidelibus sine denominatione certi loci Evangelium prædicet, nam & hic titulus est. *Brünnem. de Jure Eccles. L. 1. cap. 5. §. 21.* Contrarium tamen in Anglia observatur, ubi Magistri ac socii collegiorum nulla prævia vocatione ordinantur, & actus ministeriales seu illa, quæ ordinis sunt, promiscuè exercent, quod in speciali Synodo Londinensi ipsis permissum esse testatur *Hugo Grotius de Imper. summ. potest. circa sacra cap. 10. pag. mibi 247. Stryck. in annot. ad Brünnem. d. l. p. m. 88.*

II.

Etiâ ab heterodoxo facta ordinatio in orthodoxâ Ecclesiâ valet, si essentialia ordinationis sint observata, etsi alia, quæ non sunt Juris divini, sint superaddita. *Can. Apost. Art. Schmalcald. P. 3. a. 10. Schilter. Institut. Jur. Canon. L. 1. tit. 15. §. 4.*

III.

Ordinationes omnes ex autoritate Concilii Niceni *cap. 4.* fiunt ab Episcopis, sicut apud Protestantes per Superintendentem aliquem, cui has vices demandant Principes Augustanæ Confessionis, quibus Jura Episcopalia competunt.

Limita: in casu necessitatis etiâ à presbytero fieri potest ordinatio, ut testem Augustinum citat *Gerhardus de Ministr. Eccl. §. 154. Brünnem. de Jure Eccles. L. 1. c. 5. §. 19.*

IV.

In ordinante non requiritur Jurisdictio. *Hülsem. Apol. Min. Evang. §. 26.*

V.

Ordinem sacrum propriè Sacramentum non esse, satis ostenderunt Theologi Protestantes, præcipuè verò Chemnit. in *Exam. Concil. Trident. P. 2.* Verùm quid vi ordinationis & vocationis ministro Ecclesiæ agendum incumbat, vid. apud *Brünnem. in Jur. Eccles. lib. 1. cap. 6.*

CAP. XXXIV.

De Ordine.

Axioma I.

Ordo entium est modus, *Bald. in proem. ff. & in jure laudabilis est.* Idem in *l. 2. ff. de orig. jur.* Scire enim quid facias, nescire autem quo ordine facias, non est perfectæ cognitionis. Idem in *d. proem. ff. Borcholt. in proem. feudor. Honthem. 3. de art. notar. cap. 5. num. 9.* siquidem ordine nec quicquam jucundius, aut ad usum commodius nihil excogitatum esse perhibent. *Hieron. Alban. de potest. Papæ part. 1. num. 15. Joh. Capistr. de autorit. Papæ part. 3. p. 2. n. 76.*

(F)

Arum.